Innocentius Rufo et Eusebio episcopis. Ordinati ab hereticis vulneratum per illam⁴ manus impositionem caput habent. Ubi autem⁵ vulnus infixum est, medicina est adhibenda⁶ qua possit recipere sanitatem. Que sanitas post vulnus secuta sine cicatrice esse non poterit, atque ubi penitentie remedium necessarium est, illic⁷ ordinationis honorem⁸ locum habere non posse. Nam si, ut legitur, Quod⁹ tetigerit immundus immundum¹⁰ erit, quomodo ei tribuetur¹¹ quod munditia ac¹² puritas consuevit accipere? Sed econtra asseritur eum qui honorem amisit, honorem dare non posse, neque illum aliquid accepisse, quia nihil in dante erat quod ille¹³ posset accipere. Aquiescimus, et verum est certe, quia quod non habuit¹⁴ quis, dare non potuit.

Damnationem utique quam¹⁵ habuit per pravam manus impositionem dedit, et qui particeps factus est dampnati¹⁶ quomodo debeat honorem accipere, invenire non possum¹⁷. Verum¹⁸ dicitur, vera ac iusta legitimi sacerdotis benedictio¹⁹ auferre omne

¹ Quam professionem debent facere heretici clerici si ad ecclesiam reconciliandi venerint *add. in mg.*
Ad (cf c 131)

² Item de eadem re BeCaGcLbLdMgOaPhRfSbTbTeVnVo; Idem Rufo et Eusebio Da; De eodem Ln² over erasure; Idem MqPf; *om.* Pt; Idem de eodem Tc; Ea has here rubr. to c 129, but no insc.

³ cxxv *add.* Vo. cap. iii *om.* PaPt

⁴ illam BeEaPfSbTbVo; illorum CaGcMgTc

⁵ autem MgPfTbTc; habent Ca

⁶ est ad. BeCaGcPfPhTc; ad. est MgTb

⁷ illic BeCaCeGcLdOaPaPrRaTbTdTeTfVnVoBrant; certum est illic MgRa²; illic certum est Tc; *om.* Pf -rem MgPfTbTc; -re Ca

⁹ Quod CaMgPfTb; Qui Tc

¹⁰ immundus immundum CaMgPfTb; immundum immundus Tc

¹¹ trib- BeMgTbTc; retrib- CaPf

¹² ac BePfTbTc; aut CaMg

¹³ ille CaMgPfTb; ipse Tc

¹⁴ habuit BePfTbTc; habuerit CaMg

¹⁵ quam CaPfTbTc; *om.* Mg

¹⁶ fac. est dam. CaMgPfTc; dam. fac. est PhTb

¹⁷ inv. non (*ss* Ld) possum LdPfTbTcVn; non possum inv. CaMg

¹⁸ Verum BdCeDaLbLdPaPcPfPhPkPqPwSbTbTcTeTfVm; Unum? Be; Unde CaGcVn; Sed Ld²Mg; Verum si Pa²

vitium quod a vitioso fuerat injectum. Et si ita est applicentur ad ordinationem²⁰ sacrilegi, adulteri atque²¹ omnium criminum rei. Quia per benedictionem ordinationis crimina vel vitia putantur auferri, nullus sit²² penitentie locus²³, quia id potest prestare ordinatio, quod longa satisfactio prestare consuevit²⁴. Sed nostre lex est²⁵ ecclesie venientibus ab hereticis, qui tamen illic baptizati sunt²⁶, per manus impositionem laicam tantum²⁷ tribuere communionem, nec ex his²⁸ aliquem in clericatus honorem vel exiguum subrogare.

4L 2.133, cf ID 6.59-60] +C I q I c 18 begins var.

¹⁹ vera ac iusta - benedictio BeCaEaMgPfTbTe; veram ac iustum - benedictionem Pf²Tc

²⁰ ordinationem CaPfTbTc; ordinem Mg

²¹ atque CaMgPfTb; et Tc

²² nullus sit CaMgPfTb; ita nullus

²³ sit add. Tc, om. CaMgPfTb

²⁴ prest. con. CaMgPfTb; con. prest. Tc

²⁵ est CaMgPfPhTc; om. Tb

²⁶ illic bapt. sunt CaMgPfPhTc; ibi baptizentur Tb

²⁷ tantum CaMgPfTb; om. Tc

²⁸ ex his CaMgPfTb; om. Tc

131

[Quam¹ professionem debeant facere heretici clerici si ad ecclesiam reconciliandi venerint.]² In decretis Leonis³, cap. vi⁴

Leo urbis Rome episcopus Ianuario episcopo. Omnis cuiuslibet ordinis clericus qui catholicam deserens communionem heretice se pravitati miscuerit⁵, si ad ecclesiam et⁶ communionem⁷ catholicam reverti voluerit, prius errores suos et ipsos auctores⁸ suos⁹ dampnatos a se sine ambiguitate fateatur, et proprie manus scriptis protestationibus¹⁰ plene et aperte loquatur, et sic in eo gradu quo erat, sine aliqua promotione recipiatur. Qui tamen pro magno habeat beneficio, si adepta¹¹ sibi omni¹²

¹ Quam BeCaEaGcPfTc; Quod Mg

² in mg. Ad(against c 130)BeCaCeDaEa(no inscr.)GcLdLnMgPfPrSbTcTe², in text Vo(adding cxxvi); De professione hereticorum in text and marg. Db, in text Ph; Quomodo heretici sunt reconciliandi in text Pa; om. LbMqOaPtRfTbVnVp. viii add in mg Be²

³ pape add. MqRfTbTcTe, om. BeCaLbMgPfSbVn

⁴ vi BeCaCe²LbPf?PrTbTcTeVo; vii CeGcMgVnVp; iii Oa. viii add. in mg. Be²

⁵ misc- MgPfTbTc; inmisc- Ca

⁶ ad add. CePkTb, om. CaMgPaPfPrTcTe

⁷ heretice se – comm. in mg. Pa

⁸ auct- CaMgPfPhTc; act- Tb

⁹ suos AdBeDaMgTbTc; om. CaCeDa²LbLdPaPfPhPkPrTeVn

¹⁰ -ationibus CaMgPfTb; -antibus Tc

¹¹ adepta BeMgPfTb; adempta Ca?Gc; adepti Tc

¹² omni CaMgPfTb; om. Tc

spe promotionis, in eo quo invenitur ordine¹³, stabilitate perpetua permaneat¹⁴, si tamen iterata tinctione non fuerit maculatus¹⁵. Non levem apud Dominum noxam incurrit, qui de talibus ad sacros ordines promovendos¹⁶ iudicaverit. Quod si cum¹⁷ grandi¹⁸ examinatione promotio conceditur inculpatis, multo magis non debet¹⁹ licere suspectis. Igitur apostolica auctoritate precipimus ut circumspecte ab omnibus amodo impleantur, que ad totius ecclesie incolumentem et laudabiliter suggesta sunt et salubriter ordinata.

4L 2.134]

¹³ quo inv. ord. *in mg.* Pa

¹⁴ perp. perm. CaMgPaPfPkTc; perm. perp. PhTb

¹⁵ non fuerit mac. CaPfTbTc; mac. non fuit Mg

¹⁶ ord. prom. CaMgPfTb; prom. ord. Tc

¹⁷ cum CaMgTbTc; eum Pf. Ad *has one obscure word*

¹⁸ grandi AdBdCeLdMqPaPfPkSbTbTfVo; gravi AaBeCaDaEaRaTfVn; grandi gravi Gc; grandi et

gravi MgPcTcVp; grande Ph; gratia Dei PbPrVm

¹⁹ debet CaMgPfTb; *om.* Tc

132

[De illo qui de aliqua¹ heresi infamatur quod² in sacro conventu formulam³ istius libelli recitare⁴ debeat⁵]⁶. Ex epistola⁷ Cirilli ad Iohannem Antiochenum⁸

Ego ille⁹ nomine hac¹⁰ scriptura quam manu mea scripsi, profiteor sequens sanctum¹¹ iudicium patrum Nicene sinodi cccxviii, vel Chalcedonensis sinodi universale concilium, cuius definitionem sedes apostolica confirmavit, quod etiam beatissimi¹² pape Leonis¹³ epistola ad sancte memorie Flavianum Constantinopolitane urbis episcopum¹⁴ data predicatione lucidissime veritatis exposuit. Confiteor unum eumdemque Dominum nostrum Iesum Christum unigenitum Dei Patris, perfectum

¹ De illo qui de aliqua BeCaEaGcMgTeVo; Qui de aliqua Pf; De illo qui de Tc

² quod BeCaEaMgTcTe; *om.* Pf

³ conv. form] conventa formula Ce

⁴ -are BeMgPfTc; -ari AdCeEa

⁵ -eat AdBeCaEaGcMgVo; -et PfTcTe

⁶ *in mg.* AdBeCaCeDaLnMgPfPrSbTcTe², *in text* Vo(*adding cxxvi*); x. (*om.* Lj) De professione hereticorum *in mg.* BdLj; De professione catholice fidei quam facere debet heresi infamatus Pa; *om.* EgLbMqOaPtQeRfTbVnVp

⁷ Ex ep. *BeCaEgGcLbPfTbTcTe; Exempla MgVn

⁸ episcopo add. Tc, *om.* *BeCaEgLbMgPfPwTb; *no insc.* Ea

⁹ ill' AdBdCeDaGcLbMqOaPa²PfPhPkPqPtSbTeVmWc; Iohannes BePw; ille CaLdMgQeTb; ille N. Cb; Cirillus DbEgFcPcPyRfTcVp; N. Ea; illis PaVo

¹⁰ ac Mg; hanc Te

¹¹ seq. sanct. CaMgPfTb; sanct. seq. Tc

¹² beatissimi *CaMgPfTb; beati Tc

¹³ pape Leon. *MgPfTbTc; Leon. pape Ca

¹⁴ confirmavit add. Tc, *om.* *CaDcMgPfTb

eumdem¹⁵ in deitate, perfectum eumdem¹⁶ in humanitate¹⁷, Deum verum et hominem verum, ipsum eumdem¹⁸ ex anima rationali et carne, consubstantiale¹⁹ Patri secundum deitatem²⁰, consubstantiale nobis eumdem²¹ secundum humanam rationem²² in omnibus similem, absque peccato, ante secula quidem de Patre genitum secundum deitatem, in novissimis vero²³ diebus eumdem propter nos et propter nostram salutem de virgine Maria natum, que eumdem Deum peperit secundum humanitatem, unum eumdemque Christum Filium Dei unigenitum in duabus naturis inconfuse, inconvertibiliter, individue et²⁴ inseparabiliter cognitum²⁵, nequaquam naturarum differentia sublata, propter unionem, sed potius salva manente proprietate utriusque nature²⁶, in unam, non in duas concurrisse personas, sed unum eumdemque Filium unigenitum Deum²⁷ verum Dominum²⁸ Iesum Christum, sicut olim prophete, de eo vel ipse nos²⁹ Christus per semetipsum Dominus³⁰ eruditivit. Qui autem ita non sentiunt, cum Nestorio et Eutiche vel³¹ eorum sectatoribus eterno anathemate dignos esse pronuntio.

ID 5.344]

¹⁵ -dem *MgPfTb; -demque Ca

¹⁶ perf. eumd. BeCaFcObOdPfPhPkRa²Te; eumd. perf. Eg; eumd. GcMgRa; perf. eumdemque Tb

¹⁷ eumdem in deitate - hum. CaEgFcMgObOdOeOfPcPfSgTbTeVmVn; *om.* Tc

¹⁸ -dem DaMgPfTbTcTe; -demque *CaGc. Patris, perfectum – eumdem over erasure Da

¹⁹ consub- *BeCaDa²TbTc; sub- AdDaGcLdMgPfPrTeVn

²⁰ deitatem AdBeCeDaDbLdPfTbTcTeVn; divinitatem CaGcMg. Patri sec. deit. *om.* Pa

²¹ consubst. nobis eumdem *susbs. canc.* Pa

²² humanam rationem *AdBeCeEaGcLdMgPaPfTbTeVn; humanam naturam CaDaTf; humanitatem Tc

²³ vero *MgPfTb²Tc; nec Ca

²⁴ et *CaMgPfTb; *om.* Tc

²⁵ cognitum *AdCaLdMgPfPrTcTeVn; congenitum PhTb

²⁶ -ure *CaMgPfTb; -uram Pf

²⁷ ss Gc

²⁸ nostrum *add.* BeMgPfTcTeVn, *om.* *CaGcPrTb

²⁹ nos *CaMgPfPrTc; *om.* Tb

³⁰ Dominus *CaMgPfTb; *om.* Tc

³¹ vel CaMgPfTb; et Tc

132bis¹

*[Quod consecrati ab excommunicatis deponantur]². Gregorius Maximo³ presumptori
Salone*

¹ Whole canon in cramped script at foot of column in Sb

² in mg. AdBeCaCeDaGcLdLnMgOaPfPrTcTe², Ea(in text after Greg. only)PaVo(adding cxxviii); De lapsis in sacris ordinibus qui non debeant ministrare *in text and mg.* Db; De lapsis qui - ministrare et qui misericorditer ad ministrandum possint accedere (*cfc 133*) LaPh; *om.* LbMqOaPcRfPtTbVn

³ Maximo *BeFcGcLbMgPfPwTbTeVnVo; Maxime Ca; Martino Tc; Marino Rf

Auditur⁴ inauditum nefas, quod post interdictionem quoque nostram, que sub excommunicatione quoque nostra⁵ ordinantiumque te facta est, cesis⁶ presbiteris diaconibus⁷ manu militari ad medium diceris⁸ deductus. Quam rem nos consecrationem dicere nullo modo⁹ possumus, quia ab excommunicatis est¹⁰ hominibus¹¹ consecrata¹².

ID 14.54; cf 5.134 med., var.J

⁴ -itus Rf

⁵ nostra CaPfTbTc; tua Mg

⁶ ceteris Pa

⁷ -onibus BdBeCaCeOaPaPfPkPqSbTcTeVmVn; -onibus ceteroque clero Mg; -onis PhTb

⁸ diceris MgPfTbTc; dictis Ca

⁹ dic. nullo modo CaMgPfTb; nullo modo dic. Tc

¹⁰ est MgPfTbTc; cum Ca

¹¹ hom. AdCaDaMgPaPfSb²TbVn; omnibus Ce; *om.* SbTc

¹² consecrata AdBdBeCaCeGcLbPaPfPhPkPqPwTbTeVmVn; celebrata AaMgPcTc; est consecrata Vo

133

[Quod clerici in sacris ordinibus constituti si in peccato carnis¹ fuerint, deponantur]². Gregorius Ianuario episcopo Caralitano³

Pervenit⁴ etiam ad nos⁵ quosdam de sacris ordinibus lapsos, vel post penitentiam, vel ante penitentiam⁶ ad ministerii sui officium revocari. Quod omnino prohibemus, et in hac⁷ sacratissimi canones contradicunt. Qui igitur post acceptum sacrum ordinem lapsus in peccato⁸ carnis fuerit, sacro ordine ita careat ut ad altaris ministerium ulterius non accedat.

4L 3.18a; Ars 713 fo. 150v; ID 6.78] D 50 c 9

¹ lapsi *add.* BeTc, *om.* AdCaEaGcMgPf

² *in mg.* AdBeCaDaGcLdLnMgPfSbTcTe², *against c 134 CePr mg., in text EaVo(adding cxxviii), before c 134 Vm ; xi. (om. Lj)* De lapsis in sacris ordinibus qui non debeant ministrare et qui misericorditer ad ministrandum possint accedere *in mg.* BdLj; De lapsis qui sunt deponendi, qui vero per misericordiam reconciliandi Of; Quod lapsi in sacris ordinibus post penitentiam etiam non ministrent *in text* Pa; *om.* LbMqOaPcPtRfTbVnVp

³ Gregorius Ianuario episcopo Caralitano (Catal' Mq) BeCaLbMgMqObOdOeOfTcTeVmVo; Greg., *before rubr.* Ea; Idem Ianuarii episcopi Caralitan' Pf; Greg. Ian. Caral. ep. PhTb; Ian. ep. Caral. Greg. A. ix *add. in mg.* Be²

⁴ Prev- Vp

⁵ et. ad nos *BeGcMgPfPhTcTeVo; ad nos et. Tb; ad nos RaA

⁶ vel post pen. vel ante pen. *BeMgPfTbTcVn; vel post pen. Ca; vel post vel ante pen. A

⁷ hac PfTeSbA; hac re CaGcMgSb²Vn; hoc PhTb(*obsc. corr.*)Tc

⁸ -ato *CaPfTbTcTeVn; -atis GcMg

134

¹*Gregorius omnibus per regnum Italicum² et Teutonicorum³*

Si qui sunt presbiteri vel diaconi vel subdiaconi⁴ qui in crimine fornicationis iaceant, interdicimus eis⁵ ex Dei parte⁶ omnipotentis, et sancti Petri auctoritate ecclesie introitum usque dum peniteant et emendent. Si qui vero⁷ in peccato suo⁸ perseverare maluerint⁹, nullus vestrum eorum audire presumat¹⁰ officium, quia benedictio eorum vertitur¹¹ in maledictionem, et oratio¹² in peccatum, Domino testante¹³ per prophetam, Maledicam, inquit, benedictionibus vestris. Qui vero huic saluberrimo precepto obedire noluerit¹⁴ idolatrie peccatum incurrerunt¹⁵, Samuele teste et beato Gregorio instruente¹⁶, Peccatum ariolandi est, non obedire, et scelus idolatrie non acquiescere. Peccatum igitur paganitatis incurrit quisquis dum Christianum se asserit, sedi apostolice obedire contendit¹⁷.

Ars. 713 fo. 150J +D 81 c 15

¹ De eodem add. in mg. CaDaLn²; Quid faciendum sit de presbiteris, diac' subdiac' qui in fornicationem manent, et quid sit non obediens in text Pa; Ut presbiteri, diaconi, subdiaconi fornicantes ecclesiam non intrent, et si ministrare presumpserint nullus eorum officium eorum audiat add. TdVo; cf c 133 for CePrVm

² Italicum BeCaGcLbMgPfTbVnA; Italie PcTc; Italorum Ra; Ytalicorum Vo; Italium Vp

³ omn. – Teut. om. Ea

⁴ vel sub. BeDaMgPfTbTcA; om. Ca

⁵ rep. and canc. Tb

⁶ Dei parte MgPfTbTcA; parte Dei Ca

⁷ qui vero CaMgPfTcTeVnA; vero Ca; qui PhTb

⁸ peccato suo PfTbTcTeA; peccatis suis MgPr

⁹ maluerint BeCaMgPfPrTeVnA; voluerint PhTc; voluerunt Tb

¹⁰ eor. aud. pres. MgOaTbA; eor. pres. aud. BeCaPf; pres. aud. eor. Tc

¹¹ vert- OaPfTbTcTeVnA; convert- BeCaMg

¹² oratio CaMgPfPhTcA; omnino Tb

¹³ test- CaPfTbTcA; attest- Mg

¹⁴ -erit PhTbTcA; -erint BeCaMgPf

¹⁵ incurrerunt BeCaMgPfA; incurrit PhTb; incurrunt TcTe

¹⁶ et beato Greg. inst. (-uere Te) BeCaMgPfTeA; et b. Greg. astruente Tb; om. Tc

¹⁷ contendit AdCeGcMqPaPhPkPrPwTbTfVmA; contempnit

AaBdBeCaDaEaLbLdMgPcPfRfSbTcTeVnVo

135

¹*Decretum² Nicolai iunioris³*

Nullus missam audiat⁴ presbiteri quem scit concubinam indubitanter⁵ habere, aut subintroductam mulierem. Unde etiam⁶ ipsa sancta sinodus hoc⁷ capitulum sub

¹ Quod nullus audiat missam presbiteri quem scit concubinam habere add. in mg. CaDaLn², Ut nemo audiat missam presbiteri concubinaris^a in mg. Ce, De presbiteris, diac' subdiac' concubinariis qua sententia feriendi sint in text Pa, Quod (Ut Te) non sit audienda missa presbiteri concubinam habentis in mg. SbTe²

² in decr' Lb.

excommunicatione posuit dicens, Quicumque sacerdotum, diaconorum aut⁸ subdiaconorum post constitutum beate memorie predecessoris nostri sanctissimi⁹ Leonis pape de castitate clericorum concubinam palam duxerit¹⁰, vel ductam non reliquerit¹¹, ex parte omnipotentis Dei¹², auctoritate beatorum apostolorum Petri et Pauli precipimus et omnino contradicimus, ut missam non cantet, neque¹³ evangelium vel¹⁴ epistolam legat ad missam, neque in presbiterio ad divina officia¹⁵, qui prefate¹⁶ constitutioni¹⁷ fuerint¹⁸ inobedientes¹⁹ maneant²⁰, neque partem ab ecclesia suscipiat²¹, quousque a nobis sententia super²² huiusmodi, Deo concedente, procedat.

Ars. 713 fo. 150J +D 32 c 5, D 32 c 6 to ab ecclesia suscipiat, then distinct]

³ De eodem cxxxii add. Vo

⁴ missam audiat] audeat missam Te

⁵ conc. ind. BeCaGcMgOaPfPrTeA; ind. conc. PhTbTc

⁶ etiam CaMgPfTbA; hoc Tc

⁷ hoc MgPfTbTcA; vel Ca

⁸ aut CaMgPfTbA; om. Tc

⁹ corr. fr. -ime Mg

¹⁰ dux- *MgPfTbTcA; dix- Ca

¹¹ reliq- MgPfTbTcA; derelinq- Ca

¹² omn. Dei CaMgPfTbA; Dei omn. Tc

¹³ neque CaPfTbTcA; nec Mg

¹⁴ vel CaMgPfTcA; neque PhTb

¹⁵ officia CaMgPfTbTe; maneant officia cum his PcTc

¹⁶ -ate BePfTbTcTeA; -ata Ca; -ati Mg

¹⁷ non add. ss Pa

¹⁸ -erint MgOaTbTcA; -erit BeCaPfTeVo; fuerint om. Sb

¹⁹ inobedientes Gc²Ld²MgOaTbTc; inobediens AaBeCaDaEaLbPfSbTeVnVo; obedientes CeGcLdPaPhPrTf; obediens A

²⁰ maneant BeCaEaPcPfPhTeVoVnA; maneant MgPrTb; om. Tc

²¹ -iat BeCaPfTcTeA; -iant MgTb

²² super MgPfTbTcA; om. Ca

136

¹Nicolaus Carolo archiepiscopo² et eius suffraganeis³

Sacerdotes si in fornicationis ceciderint laqueum⁴, et criminis manifestus sive ostensus fuerit actus⁵, sacerdotii non possunt habere honorem secundum canonice institutionis auctoritatem.

Ars. 713 fo. 150vJ +D 50 c 33

¹ De eodem add. in mg. CaDaLn², De eadem re add. Pa, Quod sacerdotes diaconi si fornicatores vel incontinentes fuerint omni ecclesiastico honore debeant privari in mg. Sb; Quod sacerdotes –fuerint ab honore ecclesiastico debent privari in mg Te²

² Car. archiepiscopo Be²DaGcLbMgPaPtTcTeVnVoVpA; Car' Be; Car. archid' CaOaPf; arch'o Car. Tb

³ et eius suffr. in mg. Lb. xcv.. add. Pt; De eodem cxxxii add. Vo

⁴ cec. laq. CaMgPfTbA; laq. cec. Tc

⁵ sive ostensus fuerit (fuit Ca) actus BdBeCaCeDaLbLdMgPaPcPfPkSbTeTfVmVnA; fuerit actus sive ostensus PhTb; sive confessus fuerit Pq?; fuerit actus Tc

137

¹*Innocentius Exuperio Tolosano² episcopo³*

Proposuistis⁴ quid de his observari⁵ debeat quos in diaconii ministerio an⁶ in⁷ officio presbiterii positos incontinentes esse aut fuisse generati filii prodiderunt. De his et divinarum legum est⁸ disciplina et beate recordationis Siricij⁹ episcopi monita evidentia¹⁰ cummearunt¹¹, ut incontinentes in officiis talibus positi omni honore ecclesiastico¹² privarentur, nec admittantur¹³ ad tale ministerium¹⁴ quod sola continentia oportet impleri.

Ars. 713 fo. 150v] D 82 c 2a

¹ De eadem re *add.* Pa; De eodem *add.* Vo

² Tolosano BdBeCaCeDaLbLdOaPaPfPrSbTeVmA; Toletano GcMqPhPqRfTbTcVnVp; Tolestano Mg; Teletano Pc; Tolesano Pk; Thelosano Pw

³ cxxxiii *add.* Vo

⁴ Prep- Pc

⁵ observari CaMgPfTbA; obseri Tc

⁶ an GcMqPfPhTeA; aut BeCaGc²MgTcVn; vel Tb

⁷ ss Tb; *om.* Vn

⁸ est MgPfTbTcA; cum Ca

⁹ Siricij MgPfTbTcA; Siriati Ca

¹⁰ -tia MgPfPhTcA; -tius Tb

¹¹ cummearunt MgPfTcA; comearunt Ad(vel commemorant ss)BeCePhVo; commeantur (vel commemorant ss) Ca; commearunt GcRaSbTeBrant; commemorant Tb; *lacuna in Vn*; emanaverunt Migne

¹² hon. ecc. CaMgPfTcA; ecc. hon. PhTb

¹³ -antur CaMgPfPhTcA; -erentur Tb

¹⁴ minist- MgPfTbTcA; mist- Ca

138

¹*Alexander II³ episcopis et regi Dalmatarum⁴*

Si quis amodo episcopus, presbiter, diaconus⁵ feminam acceperit vel acceptam retinuerit, proprio gradu decidat usque⁶ ad satisfactionem veniat, nec in choro psallentium maneat, nec aliquam portionem de rebus ecclesiasticis habeat.

Ars. 713 fo. 150v] +D 81 c 16

¹ De eodem *add.* PaVo

² Alex. Be²CaLbMgTbTcTeVnA; Aliis Ad; A. Be; *om.* (?) Pf; Ambrosius Vo

³ Al. II] Urbanus II Sb; *om.* Da

⁴ Dalmatarum OaPfRaTbTeVo(*adding cxxxiii*)A; Dalmatarum AdCaGcLbMgPrVn; Salmatarum Be; Dalmaticarum PcTc

⁵ diac. CaPfPhTcVpA; diac. vel subdiaconus Mg; *om.* Tb

⁶ usque BeCeLdOaPaPhTbWcA; quousque CaPfTcTeTfVnVp; usque dum GcLd²MgPrRa; quoadusque Vo

139

¹*Idem clero Mediolani*²

Si quis sacerdotum, vel diaconorum, vel subdiaconorum officium contumaciter deserens, feminam sibi potius eligit³, sicut sponte ob fornicationem dimittit⁴ officium, ita⁵ ob prevaricationem dimittere cogatur et invitus beneficium.

Ars. 713 fo. 150v, has more] +D 81 c 17

¹ De eodem add. PaVo

² -lani BeCaOaPfTeVo(*adding* cxxxviA; -lano GcMgPrTbVn; -lanensi LbTc; -laneo Ph

³ elitit BeMgPfTbTeVoA; degerit Ca; eligerit Tc

⁴ -tit BeCaMgTbTc; -tunt Pf; ?? A

⁵ Oa runs on beneficio ecclesiarum privatos etc at end of c 140, omitting rest of c 139, beginning of c 140

140

¹*Idem² populo Mediolano*³

Eos⁴ etiam qui ut fornicari liceat divinum officium dereliquunt, et a Deo recedentes diabolo et eius operibus⁵ serviunt, sicut se iustissime officio⁶ alienos faciunt, ita beneficio ecclesiarum privatos esse abiudicamus⁷.

Ars. 713 fo. 150vJ +D 81 c 18

¹ De eodem add. PaVo

² Idem CaLbMgPfTb; Item Tc

³ pop. -olano CaMgPfPrTbVn; pop. -ol' Lb; pop. -olani SbVo(Vo *adding* cxxxvi); pop. -olanensi Tc; clero Mediol' pariter et populo Te; *no break or insc.* A

⁴ Eos CaCeDaGcMqPaPcPhPrRaTbTfA; Hos BdBeHaMgPfPkQeTcTdVnVoVpVqWc; Vos LbTe; Nos Py

⁵ eius op. BeCaPfTbA; op. eius MgTc

⁶ officio CaMgPfTbA; officii Tc

⁷ abiud- BeCaMgPfTbTeA; audiamus Oa; iud- Tc

141

¹*Martinus papa Amando*²

Qui semel post suam ordinationem³ in lapsu cecidit⁴, deinceps iam⁵ depositus erit, nullumque gradum sacerdotii⁶ poterit adipisci.

Ars. 713 fo. 150vJ D 50 c 2

¹ De eodem add. Vo

² De lapsis post ordinatione add. Pa; cxxxvii add. Vo

³ ordionem Mg

⁴ in lapsu cec. GcPaPfPhPrRaTe; in lapsu (-sum Ce) ceciderit BeCeEaLbMgVnVo; de lapsu cec. Ca; in lapsu decedit Oa; lapsus cecidit Tb; in lapsum ceciderit TcVp; in laps... cecidit A

⁵ ss Be

⁶ gr. sac. CaPfTbTcA; sac. gr. Mg

142

¹Gregorius Venantio episcopo Lunensi²

Statuimus diaconem et abbatem quem de portu Veneris indicas³ cecidisse, ad sacram ordinem non debere vel⁴ posse aliquomodo reparari. Quem quidem sacro ordine⁵ privatum⁶ in penitentiam te deputare convenit. Cuius si postea actus⁷ et⁸ conversatio meruerit, priorem inter monachos, ubi tu tamen decreveris, standi locum obtineat. Subdiaconos⁹ quoque quos similis culpa¹⁰ constringit, ab officio suo irrevocabiliter depositi, inter laicos communionem accipient. In portu¹¹ autem Veneris loco lapsi, diaconum¹² alium qui hoc officium implere¹³ debeat ordinabis.

Ars. 713 fo. 150J cfD 50 c 10 med.

¹ De eodem add. PaVo

² ep. Lunensi BeCaLbMgOaTcVnVo(*adding cxxxv*)A; ep. Luversi Pf; Lunensi ep. PhTbTe. De clericis adulteris add. Ce

³ -cas CaPfTbTcA; -cans Mg

⁴ vel CaMgPfTbA; nec Tc

⁵ ordine CaMgPfPcTbA; om. Tc

⁶ puatum Ca

⁷ auctus Ca

⁸ et CaMgTbTcA; om. Pf

⁹ -nos MgPfTbTc; -nes Ca; -ni Ph; ?A

¹⁰ culpa CaMgPfPhTcA; pena Tb

¹¹ portu CaMgPfTcVnA; porticu PhTb; om. Te

¹² -num CaMgPfTbA; -nem Tc

¹³ impl- CaMgPfTbA; adimpl- Tc

143

¹Sinodus Aurelianensis² tempore Childeberti regis³, cap. vii⁴

Si quis clericus adulterasse aut confessus fuerit aut convictus⁵, depositus ab officio suo⁶ communione concessa⁷ in monasterio toto vite sue tempore trudatur⁸.

Ars. 713 fo. 150v, ID 8.285J +D 81 c 10

¹ Clericus adulterasse confessus aut convictus in monasterium trudatur *add. in mg.* MgPfTc; De clericis adulteris *add. in text* Pa; De eodem Vo; om. AdBeCaCeEaGcLdMqOaPcPrPtSbTbTdTeVp

² Sin. Aurel. *BeDaEaLbPfTbA; VII sinodus Aurel' CaGcMgPrTeVn; Si quis Sin. Aur. PcRf; Ex sinodo Aurelianensi Tc

³ Child. reg. *CaDaGcLbPrTcTeA; Hildeberti reg. Be; Childiperti regis MgVn; Hyldiperti Mq; reg. Child. PhTb; ?? Pf; Gildeberti regis Vo

⁴ cap. vii *BeDaMgTbTcTeVnVo(*adding cxxxviiii*)A; om. CaLb; ? Pf; temp. – vii om. Ea

⁵ fu. aut con. MgOaPfTbTeA; aut con. fu. *CaDa

⁶ suo *BeCaDaTcTeTfVn; om. GcLbLdMgPfPhPrTbA

⁷ corr. fr. decessa Ca

⁸ trucidatur Ce

144

¹*Pelagius Constantino defensori*²

Romanus ecclesie Teanensis clericus, pro crimine adulterii quod admisisse perhibetur, clericatus ordine deposito³, in monasterio⁴ hic in urbe Romana⁵ ad agendam penitentiam ex nostra iussione retrusus est⁶.

Ars. 713 fo. 150v] +D 81 c 11

¹ De eodem *add.* PaVo

² cxxxx *add.* Vo

³ -ito CaMgTbTcTeA; -itus Pf

⁴ -erio CaMgPfTbTeA; -erium Tc. quod *add.* Lb

⁵ est *add.* CaLbPfPtVnWc, est detrusus *add.* Be, detrusus *add.* Pw; est retrusus *add.* RfTc, *om.*

GcMgOaTbABrant

⁶ retrusus est CeGcMgOaPaPhPkPqPrRaTbVmVoWdA; deputatus Aa; detrusus est DaLdBrant; etrusus est Mq; est retrusus Pc; retrusus *add.* Sb², *om.* BdBeCaFcLbPfPtPwRfSbTcTeTfVnWc

145

¹*Gregorius Constantino Mediolanensium*² *episcopo*³

Si lapsis⁴ ad suum ordinem revertendi licentia concedatur⁵, vigor canonice procul dubio frangitur discipline, dum pro reversionis spe, prave actionis desideria quisque concipere non formidat⁶. Et post pauca⁷. Illud pre omnibus studete, ut lapsos in sacrum ordinem nullius vobis⁸ supplicatio aliquomodo revocare suadeat, ne huiusmodi non statuta, sed temporaliter dilata⁹ credatur esse vindicta.

ID 6.80 (Ars. 713 fo. 150r-v has to formidat and ends variant)] D 50 c 1

¹ Item de lapsis ab ordine quod non debeant reparari *add.* Pa; Quod pro nullius supplicatione nullus in sacro ordine lapsus restituatur *add.* in mg. SbTe², Lapsi ad suum ordinem non revertantur *add.* in mg.

Tc; De eodem *add.* Vo

² -ensi Lb

³ Const. – episc.] papa Ea; cxli *add.* Vo

⁴ -sis *BeMgPfTbTc; -sus Ca

⁵ -atur *PhOaTbVm; -itur BdBeCaCeMgPaPfPkPwSbTcTeVnVo

⁶ -idat *MgPfTbTc; -idet Ca

⁷ Et post pauca *CaEaMgPfPwTb; *om.* Tc

⁸ vobis *CaPfTbTcTe; nobis MgVn

⁹ dil- *CaPfTbTcTe; del- MgVn

146

¹*In decretis Gregorii², cap. xcvi³*

Gregorius⁴ Sabiniano⁵ Ladertino episcopo. Presbiterum de quo nos fraternitas tua latoris presentium legatione⁶ consuluit, nulla ratione in sacro ordine post⁷ lapsum aut permanere aut revocari posse cognoscas. Circa quem⁸ tamen mitius agendum est propter commissum facinus, quia⁹ facili¹⁰ dicitur professione confessus.

Coll. Sem. 3.124; AL 8.23] D 50 c 3

¹ Idem Gr' De eodem *add. in mg.* Te³

² Gregorii BeCaLbMgTbTcTeVn; Greg. de eodem Vo; eiusdem Pf; *om.* Ce. In – Greg. *om.* Pt

³ xcvi BdBeCaOaPfPrQeRfSbTb; cxcviii Cb; xviii MgVn; xxviii GcLbPtTc; cap. xx.ii.iiii Te; cp.

⁴ xcvi. cp. cxlii Vo. De eodem *add.* Pa

⁵ presul *add.* PhQe, episcopus *add.* Tb, *om.* CaLbMgPfPrTcTeVn

⁶ Sabiniano CaCbLb²MgPfTb; Sabino Tc

⁷ legatione CaMgPfTb; relatione Tc

⁸ post CaMgPfTb; *om.* Tc

⁹ ss Mg²

¹⁰ quia CaMgPfTcTeVn; *om.* PhTb

¹⁰ facili CaMgTbTc; fallaci *after corr.* Pf

147¹

²*Beatus Gregorius³ ad Secundinum⁴ inclusum⁵*

Sanctitas tua hoc⁶ a nobis requisivit ut tibi rescriberem⁷ de sacerdotali officio post lapsum resurgendi⁸, dum dicis de hoc canones diversos⁹ te legisse, diversasque sententias alias resurgendi alias nequaquam. Nam nos generaliter a Nicena sinodo incipientes, hanc cum reliquis quatuor veneramur¹⁰, que ipsam¹¹ sequentes in cunctis sententiis unanimes concordant. Nos ergo precedentes patres¹² sequimur, quia auctore Deo¹³ a sacra doctrina illorum¹⁴ non discordamus. A capite itaque¹⁵ incipientes usque

¹ Lc lacks all to Quid est ergo gravius

² De lapsis ab ordine reparandis *add. in mg.* Ce, *in text* Pa; Et qui misericorditer ad ministrandum possint accedere *add. in text and mg.* Db; Lapsi post penitentiam ad ordinem redire possunt et honorem *add. in mg.* Tc

³ Beatus Greg. BeCaCbLbMgOaTb; Beatus Greg. papa *only* Ea; Greg. PtTcTeVnVo; Idem Pf

⁴ ad Secundinum BeGcLbMgOaPfPrTcTeVnVoIDcpd; ad Sedunum Ca; Secundino Pt; ad Secundinum servum Dei TbIDm

⁵ Beatus – inclusum BeCaLbMgPfTbTc; *om.* Lc. Qualiter lapsi reparandi sunt (cxlii *add.* Vo) *add.* TdVo

⁶ hoc *BeCaMgTb; hec Pf; ??Tc

⁷ rescr- *CaMgPfTbTe; scr- Tc; *om.* Brant

⁸ scriberemus Brant; scriberem dum de tali officio post lapsum resurgendi scriberemus *add.* Migne, *om.* *CaEaMgPfTbTeVoVp

⁹ de hoc can. div. *CaMgPfTb; div. de hoc can. Tc

¹⁰ quat. ven. *CaMgPfTc; ven. quat. PhTb

¹¹ ipsam *CaMgPfTb(*after corr.*); se Tc

¹² patres *CaMgPfTb; *om.* Tc

¹³ Deo *CaMgPfTb; *om.* Tc

¹⁴ illorum *CaPfTbTc; eorum MgVn; illarum Te

in quantum altaris ministrum¹⁶ hanc formam servandam cognoscimus, ut quem¹⁷ minorem maior precedit, sicut maior est¹⁸ honore, ita sit in crimen. Et quem maior sequitur culpa, maior ei implicetur vindicta, et sic postea penitentia credatur esse¹⁹ fructuosa. Quid enim prodest triticum seminare, et fructum eius non²⁰ colligere? Aut domum²¹ construere et²² non illic habitare?²³ Post dignam enim satisfactionem credimus lapsum redire posse²⁴ ad honorem, propheta dicente, Nunquid qui cadit, non adiciet²⁵ ut resurgat? Et, Qui aversus²⁶ est, non revertetur? Quid est ergo²⁷ gravius, carnale delictum admittere sine quo pauci inveniuntur, aut Dei Filium negare? In quo peccato ipsum beatum principem apostolorum²⁸ Petrum, ad cuius²⁹ corpus nunc³⁰ indigni sedemus, lapsum esse cognoscimus. Sed post negationem³¹, penitentia³² secuta est, et post penitentiam indulgentia³³ data est, quia illum ab apostolatu non deiecit quem ante seipsum negaturum esse³⁴ predixit. Tibi hec, fili³⁵ carissime, dicta sufficient³⁶, ut illum quem conspicis delicta fletu delere, non dubites in conspectu divinitatis misericordiam consequi, quia nullum peccantem reversum³⁷ despicit, qui peccatores sanguine suo³⁸ redimere venit.

4L 3.18 is widely variant; ID 6.85] D 50 c 16 to ipsum se negare predixit

¹⁵ a cap. itaque *CaMgPfPhSbTc; a cap. igitur Tb; accipite itaque Te

¹⁶ ministrum *BeCaTbTc; ministerium MgPfTeVn

¹⁷ quem *CaPfTbTcTe; quia MgVn

¹⁸ sicut maior est *CaMgPfTbTc; *om. Brant*

¹⁹ pen. cred. esse *CaMgPfTc; cred. pen. esse Ph; cred. esse pen. Tb

²⁰ fruc. eius non *CaPfTbTc; non eius fruc. MgVn

²¹ domum *BeCaMgTbTc; *om. Pf*

²² *suppl.* Pf²

²³ Aut domum construere – habitare *in mg.* Sb

²⁴ red. posse CaMgPfTb; posse red. Tc

²⁵ -iet *CaPfTbTcVn; -iat Mg

²⁶ av- *CaMgTc; adv- PfTb

²⁷ ergo *CaMgPfTb; *om. Tc*

²⁸ beat. pr. ap. CaMgObOdOeOfPfTc; pr. ap. beatum PhTb

²⁹ Petri *add.* Ca, *om.* *MgPfTbTc

³⁰ nunc *CaMgPfTb; non Tc

³¹ vel penitentia *add. ss* Bd

³² venia vel indulgentia *add. ss.* Bd

³³ penitentiam indulgentia BeCaMgTbTcVn; negationem penitentia PfTe

³⁴ esse *RaTbTc; *om.* BeCaGcMgPfVn

³⁵ mi *add.* Ca, *om.* *MgPfTbTc

³⁶ dicta sufficient *CaMgTbTc; dicta <sufficient> Sb; *om. Pf*

³⁷ -sum *MgPfTbTc; -sus Ca

³⁸ suo BeDa²MgTbTcVn; *om.* CaDaPf

148

In decretis¹ Calixti pape², cap. ii³

Calixtus papa Romanus, dilectis episcopis per Galliam constitutis. Errant qui putant Domini sacerdotes⁴, post lapsum, si condignam⁵ egerint penitentiam Domino ministrare non posse, et suis honoribus frui, si bonam deinceps vitam duxerint, et suum sacerdotium condigne⁶ custodierint. Et ipsi quidem qui hoc putant, non solum errant⁷, sed etiam traditas ecclesie claves despicere videntur, de quibus dictum est, Quecumque solveritis⁸ in terra⁹, erunt soluta et¹⁰ in celo. Alioquin hec sententia aut Domini non¹¹ est, aut vera¹². Nos vero¹³ indubitanter tam Domini sacerdotes¹⁴ quam reliquos fideles post dignam satisfactionem posse redire ad honores credimus, testante Domino per prophetam, Nunquid qui cadit non adiciet¹⁵ ut resurgat? Et, Qui aversus est, non revertetur? Et alibi, Nolo, inquit Dominus¹⁶, mortem peccatoris¹⁷, sed ut¹⁸ convertatur et vivat, et propheta David penitentiam agens dixit, Redde mihi letitiam salutaris tui¹⁹ et spiritu principali confirma me²⁰. Ipse namque²¹ post penitentiam et alios²² docuit, et sacrificium Deo²³ obtulit, dans exemplum doctoribus sancte ecclesie, si²⁴ lapsi fuerint, et condignam Deo penitentiam gesserint²⁵, utrumque facere posse. Docuit enim quando dixit, Doceam iniquos vias tuas²⁶. Sacrificium²⁷ pro se²⁸ obtulit dum

¹ decretali Ea

² In – pape *om.* Pt

³ cap. ii BeCaGcLdLfLmMgOaPfPhPrPtTbVn; cap. v AdBdCbDaLjRfSbTeVo; cap. vi LbTcVp; *om.* Ea

Quod post lapsum sacerdotes iterum possint ministrare, si condignam egerint penitentiam *add. in mg.* CaDaLn²; De eodem *add.* PaVo, Vo *adding* cxliiii

⁴ Dom. sac. CaEaMgPfTbTc; sac. Dom. Cb

⁵ condignam BeCaCbEaLdLfLjPfPrTbTeVo; dignam GcMgTcVn; cum dignam Lm

⁶ sac. cond. BePfTcVo; con. sac. GcMgVn; sac. cum digne Oa; sac. digne PhTb

⁷ corr. fr. erant Lm

⁸ solveritis BeCaCbLdLfLjLmMgTbTcTe; solveris Pf

⁹ in terra BdGeMgPfPrTcTeVn; super terram BeCaLfPhTb

¹⁰ et BeCaCbLdLfLjLmMgPfTb; *om.* LfTcTe

¹¹ Dom. non BeCaCbLdLfMgPfTb; non Dom. Lm; non Tc

¹² est *add.* MgVn, *om.* PfTbTcTe

¹³ vero CaCbLdLfLjLmMgPfTb; *om.* Tc

¹⁴ -otes CaMfPfTbTc; -otes Cb

¹⁵ adiciet CaCbLdLfLjMgPfTb; adiciat Lm; *om.* Tc

¹⁶ Dominus CaDbEaMgPhTc; Deus Be; *om.* PfTb

¹⁷ mort. pecc. BeCaCbLdLfLjLmMgTbTc; pecc. mort. Pf

¹⁸ ut BeDa²Ld²OaLfPrTbTcTe; ut magis CaGcMgVn; *om.* CbDaDbEaLdLfLmPfTf

¹⁹ sal. tui BeCaCbLdLfLjLmTbTcVn; sa' Ea; s. t. LfTc; salutis tue Mg; sal. Pf

²⁰ me CaCbLdLfLjLmMgPfTbTe; *om.* Tc

²¹ et *add.* CaTc, *om.* BeDbMgPfTb

²² post pen. et alios CaCbLdLfLjLmMgPfTb; et alios post pen. Tc

²³ Deo CaCbLdLfLjLmMgPfTb; *om.* Tc

²⁴ illi *add.* Lf, *om.* CaMgPfTbTcTe

²⁵ gesserint BeCaCbLdLfLjLmMgPfTeVn; egerint PhTbTcTf

²⁶ et impii ad te convertentur et *add.* CbDaLjBrant, *om.* TbTc

dicebat²⁹, Sacrificium Deo spiritus contribulatus³⁰. Videns enim³¹ propheta scelera sua mundata per penitentiam³² non dubitavit predicando et Domino libando, curare aliena. Lacrimarum³³ effusio movet animi passionem, satisfactione³⁴ autem³⁵ impleta avertitur³⁶ animus ab ira³⁷. Superabundant³⁸ peccata, superabundet et misericordia. Quoniam³⁹ apud Dominum misericordia, et copiosa apud eum redemptio. Mundatur ergo homo⁴⁰ a peccato, et resurget gratia⁴¹ Dei a lapsu, et in pristino manet officio, iuxta predictas auctoritates⁴². Videat ne amplius⁴³ peccet, ut sententia evangelii maneat in eo, que ait⁴⁴, Vade, et amplius noli peccare. Sententiam itaque, fratres, que misericordiam vetat, non solum tenere, sed et⁴⁵ audire refugite, quia potior est⁴⁶ misericordia omnibus holocaustibus et sacrificiis.

4L 3.16, cf ID 6.48] cf D 50 c 14b

²⁷ Deo add. CbLj, om. TbTc

²⁸ pro se Tc; om. Tb

²⁹ Doceam (Docebo Tb)- tuas. Sacrificium - dum dicebat (dum dixit Eg, quando dixit Tb) CbEgLjTbBrant; Sacrificium pro se – contribulatus. Sacrificium – pro se Mo. Doceam - tuas et Tc; Docebo iniquo v. a. s. t. et i. a. t. c. et sacrificium – dicebat DaVo; om. AbAdBbBdBeCaCeDbEaEbEcFcGcLbLdLfLmLnMfMgMhMjMkMmMqOaObOdOeOfPaPdPfPhPkP qPrPtPwQaRaRfSbSdSeSgSITeTfVmVoVpWaWbWcWdZa

³⁰ Sacr. - contrib. before Sacrificium pro se MoPcTc

³¹ enim CaCbGcLfLjLmMgTbTcVn; om. BeEaFcLdPfPwTf; obsc. corr. Te

³² proph. scel. sua mun. per pen. BeCaCbEaLdLfLjLmPfTbVn; scel. sua proph. mun. per pen. Mg; proph. sua scel. per pen. mun. Tc

³³ ergo add. CbLj, om. BeCaMgPfTbTcTeVn

³⁴ obsc. corr. Lf

³⁵ autem CaMgPfTbTcTe; aut Lm; om. RfSl

³⁶ avertitur CaMgPfSITbTcTe; avertit Lm

³⁷ Qui enim non ignoscit alteri, quomodo sibi putat subveniri (*partial erasure followed by misereri for put. subv. Tc?*) add. MoPcRfTc, om. AdBdBeCaCbCeDaEaFcGcLbLdLfLjLmMgMqOaPaPfPhPkPqPtPwRaSbSITbTeTfVmVn; satisfactione impleta – ab ira *in mg.* Sl²

³⁸ enim add. Tc, om. CaCbLdLfLmMgPfTb

³⁹ Quoniam BeCaMgPfTbTcTe; Quia CbLj

⁴⁰ ergo homo CaMgPfTbTc; homo ergo Cb

⁴¹ gratia CaMgPfTbTc; gloria Cb

⁴² pred. auct. CaMgPfTbTc; auct. pred. Lf

⁴³ iam add. Cb, om. CaMgPfTbTc

⁴⁴ ait CaPfTbTcVn; dixit Mg

⁴⁵ et CaCbGcLjMgTbTe; etiam BeLdLfTcVn; om. LmPf

⁴⁶ est BeCaCbLdLfLjLmMgPfTb; om. Tc

149

¹Ex epistola² Isidori ad Massanum³ episcopum, cap. i⁴

Domino sancto⁵ meritisque beato fratri Massano episcopo, Isidorus episcopus.

Quod in epistolis venerabilis fraternitas tua innotuit, videlicet⁶ quod in canone
Anciritano, capitulo xix legitur, post lapsum corporalem, restaurandum honoris
gradum post penitentiam. Alibi vero legitur, post huiusmodi⁷ delictum nequaquam
reparandum antiqui ordinis meritum. Hec diversitas hoc modo⁸ solvit. Illos enim ad
pristinos gradus canon redire⁹ precepit, quos penitentie precesserit¹⁰ satisfactio, vel
condigna¹¹ peccatorum confessio. At contra hi¹² qui neque a¹³ vitio corruptionis
emendantur¹⁴ atque¹⁵ hoc¹⁶ ipsum carnale delictum quod admittunt, etiam vendicare
quadam superstitiosa temeritate nituntur, nec gradum¹⁷ utique honoris nec¹⁸ gratiam
recipiunt communionis. Ergo ita est dirimenda¹⁹ sententia ut necesse sit illos restaurari
in loco honoris, qui per penitentiam reconciliationem merentur divine pietatis, hi non
immerito consequentur adepte²⁰ dignitatis statum²¹, qui per emendationem penitentie
recepisse noscuntur remedium vite. Id autem ne forte magis sit ambiguum, divine
auctoritatis sententia confirmetur. Ezechiel quidem²² propheta sub tipo prevaricatrixis
Ierusalem ostendit post penitentie satisfactionem pristinum restaurari honorem.
Confundere, inquit, O Iuda²³, et porta²⁴ ignominiam tuam²⁵. Et post paululum, Et tu,

¹ De eodem add. in mg. Ca²DaLn²; De eadem re add. Pa; De discretione lapsorum quomodo quidam
reparandi sint, quidam vero non (cxlv add. Vo) add. Td²Vo

² Ex ep. BeCaEaPfTb; Epistola LbTcTe; Exempla MgVn

³ Massanum CaPfPhTc; Massonum BeLbPaTbTe; Damasonem GcMg²Vn; Damasium Mq

⁴ cap. i BeCaLbMgPaPfTbTe; om. Tc; ad M. – cap i om. Ea

⁵ sancto BeCaMgGcLdMqPaPhPrOa; suo LbPfTbTcTeTf; Anno sancto Py; sancto suo Vn; om. CeVo

⁶ vid. CaMgTbTc; om. Pf

⁷ huiusmodi BePfTbTcTe; huiuscemodi CaMgVn

⁸ Hec div. hoc modo CaMgPfPhTc; Hoc modo hec div. Tb

⁹ can. red. CaMgPfTb; red. can. Tc

¹⁰ -serit MgPfTbTc; -sit Ca

¹¹ condig- CaMgPfTcVn; dig- PhTb

¹² contra hi CaMgPfTc; hi contra PhTb

¹³ a MgPfTbTc; om. CaTe

¹⁴ corruptionis emendantur CaFcMgPfPwTb; corporis emundantur Tc

¹⁵ atque BeCaGcMgPfTe; aut after corr. ?Ph; cui Tb; neque Tc

¹⁶ hoc BePfTbTcTe; om. Ca; id GcMgVn

¹⁷ -dum CaPfTbTcVn; -du Mg

¹⁸ nec CaMgPfPhTc; neque Tb

¹⁹ est dir. BeLdMg²PfTeTfVo; est determinanda Ca(vel dirimenda ss)GcMgPr; est dirimenta Ph;
determinanda est Tb; dir. est Tc; est determinanda vel dir. Vn

²⁰ adepte CaCeGcPaPfTcTeTfVn; adempte BeMgPhTb

²¹ hi non immerito - statum add. ss Ca²

²² quidem CaMgPfTb; om. Tc

²³ lacuna follows in Pf

²⁴ porta CaPfTbTcVn; portam Mg

²⁵ tuam CaMgPw²TbTc; om. Pf

inquit, et filie tue²⁶ revertimini ad antiquitatem vestram²⁷. Quod dixit confundere²⁸, ostendit²⁹ post confessionem³⁰, id est peccati opus debere quemquam erubescere, et pro admissis³¹ sceleribus verecundam³² frontem, humoque³³ prostratam demergere, pro eo quod dignum confusionis³⁴ perpetravit³⁵ opus. Deinde precepit ut post ignominiam id est dejectionem³⁶ nominis sive dignitatis, revertatur ad antiquitatem³⁷. Ergo dum quisque post opus confusionis sue confunditur, atque ignominiam portans depositionem suam cum humilitate luget³⁸, revocari³⁹ secundum prophetam ad priorem poterit statum⁴⁰. Item. Iohannes⁴¹ evangelista Angelo Ephesi ecclesie inter cetera quedam⁴² similia scribit, Memor esto⁴³ unde excideris⁴⁴, et age penitentiam et prima⁴⁵ opera fac. Alioquin veniam tibi et movebo candelabrum tuum de loco eius⁴⁶. Ecce, in quantum valui, concilii Anciritani⁴⁷ antiquam plane et plenam auctoritate sententiam sacris testimoniis explanavi, ostendens eum posse restaurari in proprio⁴⁸ ordine, qui per penitentie satisfactionem novit propria delicta⁴⁹ deflere. Qui vero nec⁵⁰ luget que gessit, et lugenda sine ullo pudore religionis vel timore divini iudicij committit, eum nullo modo posse ad pristinum gradum restaurari⁵¹. In fine autem epistole huius⁵² hoc adiciendum putavi, ut quotiescumque in gestis conciliorum

²⁶ ss Be²⁷ ad antiquitatem vestram CaCeDaGcLdMgPaPfPrPwTfVn; ad iniuitatem vestram BeTe; ad antiquitatem tuam PhTb; ab iniuitate vestra Tc²⁸ corr. fr. ostendere Ca³²⁹ quod add. Mg, om. CaPfTbTc³⁰ confessionem CaMgPfPwTbTc; confusionem Pf²³¹ adm- Ca²MgPfPhTcTe; am- CaTb³² -dam CaMgPfTb; -diam Tc³³ humoque CaMgPfPhTc; humique Tb³⁴ dig. con. MgPfTbTc; con. dig. Ca; digitum con. Te³⁵ -avit BePfTcTe; -averit CaMgTb³⁶ sui add. BeCaTc, om. MgPfTbTe³⁷ antiquitatem CaMgPfTbTe; antiquam dignitatem Tc³⁸ cum hum. lug. CaMgPfTb; lug. cum hum. Tc³⁹ revoc- MgPfTbTc; voc- Ca⁴⁰ pot. stat. CaMgPfTb; stat. pot. Tc⁴¹ apostolus et add. Tb, om. CaMgPfTc⁴² quedam MgPfTbTc; quodam Ca⁴³ esto CaMgTbTc; om. Pf⁴⁴ excideris CaMgPfTb; cecideris Tc⁴⁵ prima CaMgPfTb; priora Tc⁴⁶ eius CaMgPfTb; suo Tc⁴⁷ -ani CaMgTbTc; -ati Pf⁴⁸ proprio BeMgPfTbTcTe; primo Ca; vel priori add. ss Mg⁴⁹ ss Be⁵⁰ nec MgPfTbTc; non Ca⁵¹ -ari CaMgTcVn; -are BePfTbTe⁵² ep. huius CaMgPfPhTc; huius ep. Tb

discors sententia⁵³ invenitur, illius concilii magis teneatur sententia, cuius antiquior aut⁵⁴ potior extat auctoritas.

4L 3.19] D 50 c 28

⁵³ sent. CaPfTbTcVn; causa (vel sent. ss) Mg

⁵⁴ aut CaPfTbTc; et Mg

150

Ex concilio Cabillonensi, cap. xxv¹

Si quis presbiter ante² ordinationem peccaverit et post ordinationem peccata³ confessus fuerit quod ante erraverit, non offerat sed tantum⁴ pro religione nomen presbiteri⁵ portet. Si autem non ipse⁶ confessus⁷ sed ab alio publice convictus⁸, nec hoc ipsum habeat, ut nomen presbiteri⁹ portet. Similiter de diaconibus observandum est¹⁰, ut si ipse confessus fuerit, ordinem subdiaconi¹¹ retineat¹².

ID 6.149] C 15 q 8 c 4

¹ cap. xxv *EaLbMgOaPfRfSbTbTcTeVnVo; cp. xiii? Be; cap. lxxv before Ex Ca; cp. lxxv Da; xxv cap. lxxxv Ln; episcopi cap. xxv Pa

De presbitero qui ante ordinationem peccaverit *add.* Pa; Presbiter qui peccavit ante ordinationem, si confessus fuerit solo nomine sit presbiter *add. in mg.* Tc; De his qui per ignorantiam ordinantur et postea deteguntur criminaliter peccasse. (cxlvii *add.* Vo) *add.* TdVo

² ante *MgPfTbTc; aut Ca

³ pecc. *CaMgPfPhTc; *om.* Tb

⁴ tantum CaPfTbTcTe; tamen MgVn

⁵ -eri *CaMgPfTb; -erii Tc

⁶ ipse *CaMgPfTb; *om.* Tc

⁷ fuerit *add.* Tc, est *add.* Pf, *om.* *BeCaMgTb

⁸ sit *add.* Tb, *om.* *CaMgPfTc

⁹ -eri *CaMgPfTb; -erii Tc

¹⁰ de diac. obs. est *CaMgPfPhTc; obs. est de diac. Tb

¹¹ subdiaconi *BdCaCeDa²EaGcLbLdMqPaPcPfPhPqPrSbTeTfVmVo; diaconi BeDaMgPwTcVn; subdiaconii PkTb

¹² retineat *CaMgTbTc; obtineat Pf; portet Te

151

'Ex concilio Neocesariensi², cap. viii³

Presbiter si preoccupatus⁴ corporali peccato⁵ promoveatur, et⁶ confessus fuerit de se quod ante ordinationem⁷ deliquerit⁸, oblatam non consecret, manens in reliquis

¹ De clericis homicidis qui debeant ministrare, qui non add. *in mg.* Tc; De eodem *add.* PaVo

² -esariensi *CaMgMhMjPfPh; ?Tb; -anensi Tc

³ viii CaLdLnMfMgMhMjMmPaTcTeVn; viiiii DaLbSb; PfTb *unclear*

⁴ occupatus LbPa. fuerit *add.* GcTc, *om.* *CaMfMgMhMjMkMkMoPaPfPrPtTbTe

⁵ si *add.* Tc, *om.* *BeCaGcMfMgMhMjMkMmMoPfTb

⁶ non *add.* Tc, *om.* *BeCaGcMgPfTb

⁷ ordinationem *BeCeMfMoOaPaRaTbTcVo; ordinem CaDaGcLdMgMhMjMkMmPrVn; *om.* DbLbPfPtSbTeTf

officiis propter studium bonum. Quod si de se ipse⁹ confessus non fuerit¹⁰, et argui manifeste nequiverit, potestatis sue iudicio relinquatur.

ID 6.150]

⁸ deliquerit BeCeDaGcLbMgPaPf²PhTbTcTeTf; delinquitur Mf; relinquitur Mj; reliquetur Mm²; deliquit Ra; dereliquerit Sb

⁹ de se ipse BeCaCeDaMfMgMhMjMkMmMoObOd²OeOfPaPfPhPrSbTeTfIDp; si with lacuna following Gc; de se Lb²Tb; ipse de se OaTc; ipse Od; de se ipso DbPtVnVoIDm

¹⁰ fuerit *CaMfMgMhMjMkMmPfPtTb; fuit Tc

152

Ex epistola¹ Rabani² archiepiscopi³ ad Heribaldum⁴. Ex concilio Hilerdensi, cap. x⁵

De his vero visum est nobis scribendum qui sacros ordines habent et ante vel post ordinationem⁶ contaminatos in capitalibus criminibus se esse profitentur. In quibus, ut mihi videtur, hec distantia esse debet, ut hi⁷ qui deprehensi vel capti fuerint⁸ publice in periurio, furto, atque fornicatione, et ceteris huiusmodi criminibus, secundum sacrorum⁹ canonum instituta a gradu proprio¹⁰ deponantur, quia scandalum est populo Dei tales personas superpositas¹¹ habere, quas ultra modum vitiosas esse constat. Nempe inde detrahunt homines sacrificio Dei, sicut quandam filiis Heli peccantibus fecisse leguntur, et rebelles hinc¹² atque contrarii existentes eorum pravis exemplis quotidie peiores fiunt¹³. Qui autem de predictis peccatis abscondite a se admissis¹⁴ per occultam confessionem coram oculis Dei, presente etiam sacerdote, qui eis indicturus est penitentiam, confitentur, et semetipsos¹⁵ graviter deliquisse queruntur, si se per ieunia et elemosinas, vigiliasque¹⁶ et sacras orationes cum

¹ Exempla Vn

² Babini Ce

³ archiepiscopi *BeCaCeFcMgOaTbVp(repeated); episcopi Tc; om. Pw

⁴ Ex (om. Te) - Her. *BeCaCbEaFcLbMgOaPwRftbTcTeVp; om. Pf

⁵ cap. x *BeCaCbFcMgPfRfTeVnVo; cap. xi Tc; om. Tb. Ex conc. – x om. LbMq.

De illis qui ante sacros ordines vel post in capitalibus contaminati sunt add. Pa; Quod qui publice in capitali crimine fuerit deprehensus a proprio gradu deponatur (-antur Te) add. in mg. SbTe²; Qua distantia sit inter eos qui publice lapsi sunt in crimine et eos qui occulere (cxviii add. Vo) add. TdVo

⁶ vel post ord. *CaMgPfPhTc; ord. vel post Tb

⁷ supersc. Tc

⁸ vel capti fu. *MgPfTbTc; fu. vel capti Ca

⁹ sacrorum *MgPfTbTc; sacram Ca

¹⁰ grad. prop. *CaMgPfTc; prop. grad. PhTb

¹¹ superpositas *CaMgPfPhTc; super se positas Tb

¹² hinc *BeMgTbTc; huic CaPf

¹³ fiunt *CaMgPfTb; existunt Tc

¹⁴ adm- *MgPfTbTc; comm- Ca

¹⁵ semetipsos *CaMgPfPhTc; se ipsos Tb

¹⁶ -que CaMgPfTb; om. Tc

lacrimis purgare certaverint¹⁷. His etiam gradu servato, spes venie de misericordia Dei¹⁸ promittenda¹⁹ est.

ID 6.400] D 50 c 34

¹⁷ -int *CaMgTbTc; -unt Pf

¹⁸ mis. Dei *CaMgPfTb; Dei mis. Tc

¹⁹ prom- *CaMqPaPhTcTeVo; perm- BeCeDaGcLbMgPcPfPrRaRfTbTfVnWc

153

Iohannes VIII Cennemoco Venetiensi² episcopo³

Miror minus⁴ doctam scientiam tuam sacerdotem putare post perpatratum homicidium posse in sacerdotio⁵ ministrare⁶, immo, quod est ineptius, nobis suadere velle ut ipsi tali presumptioni preberemus assensum⁷. Quis enim tam demens tamque perversi sensus⁸ tale quid estimaret⁹, vel post¹⁰ quantamcumque penitentiam concedendum, cum omni sit canonice discipline contrarium? Debet ergo sacerdotio privatus lacrimarum fonte flagitium tam immane diluere, ut talibus saltem remediis curatus, salutis possit invenire suffragium.

ID 6.114, 10.51] D 50 c 4

¹ xii. (*om. Lj*) De clericis homicidis qui debent, qui non debent ministrare *add. in mg.* BdLj; Quod sacerdos post perpetratum homicidium in sacerdotio ministrare non debeat *add. in mg.* Ca²DaLn²; Quod sacerdos post omicidium non potest ministrare *in text* Pa; De clericis homicidis qui non debeant et qui debeant ministrare Ph; Quod presbiter post perpetratum homicidium amplius non possit ministrare. (cxlviii *add.* Vo) *add.* TdVo; De clericis homicidis qui debeant ministrare, qui non *add.* Vp

² Venenensi Lb. Cenn. Ven.] contra Menocovenensi Rf

³ x *in mg* Be²

⁴ minus *CaPfTbTcVn; nimis Mg ; munus Te

⁵ posse in sacerdotio *OaPcTc; in sacerdotio AaBdDaEaPfPhPwSbTeTfVo; in sacerdotio posse BeCaCeDa²GcMgMqPaPkPrPw²RaVmVn; in sacerdotium Tb

⁶ ministrare *CaEaMgPcPfPwTb; permanere Tc

⁷ assensum *CaMgPfPhTc; exemplum Tb

⁸ est *add.* Tc, *om.* *CaMgPfTb

⁹ est- BePfTb; exist- CaGcMgTc

¹⁰ post *CaMgPfTb; *om.* Tc

154

Urbanus II¹ Garnerio Mereburgensi² episcopo³

¹ Urb. II CaGcLnMgPrPwTbTdVnVoA; Rab. II AaBeCbCeDaEaLdMqOaObPaPcPfPtRaRfSbTd; Rabanus II CeLbPaPkTe; Rabanus FcOdTc; Urbanus Od²

² Mereburgensi BeCaCeEaGcLbMgOaOdPaPfPrPwTbTeVnA; Meburcensi AaCb; Meburnensi Fc; Morenburgensi Pt; Mersunensi Tc; Mereburcensi Vo

³ De fortuitu homicidio et non spontaneo *add.* Pa; De his qui in ordine constituti homicidium non sponte commiserunt *add.* TdVo

Clericum quo iacente lapidem puer dicitur interemptus nos pro amore tuo in eodem ordine⁴ permanere permittimus, ut tamen semper in penitentia et timore⁵ permaneat.

Ars. 713 fo. 138v] D 50 c 37

⁴ eod ord. CaMgPfTcTeA; ord. eod. PhTb

⁵ pen. et tim. CaPfTbTcTeA; tim. et pen. Mg; timore et in pen. Vn

155

¹Stephanus ²Sichiperto³ Corsice episcopo⁴

